OBSERVAT. II.

UXor Dn. M. Petri Huberi dolore manus ex lapſu cum tabeſcentiâ.

℞. Ping. taſſi. ℥j. vulp. ℥ß. ol. lauri. ʒvi. Juniper. ex gravis. ʒij. M.

Brevi reſtituta.

Ex ſcarificatione profundâ.

OBSERVAT. I.

CUm eadem fæmina immenſo dolore circa ſcapulas per totum brachium dextrum decurrente, ex ſcarificatione profundiore cauſato, ſcalpello altiùs impacto, moleſtata, aliis non juvantibus.

℞. Ol. lumbr. terr. ℥ß. ping. taxi, vulp. a. ʒij. M.

Inung. loca ſcarificata brachium autem inung. cal. aq. d. Hirund. cum caſt.

OBSERVAT. II.

Ex defluxione.

CUm eadem *illa fæmina* ingenti dolore brachii dextri die noctuque exagitata, ab humero incipiente, per totum brachium ſe extendente cum tumore, nec id elevare poſſet, paucis diebus dolor ſopitus & tumor reſolutus.

℞. Empl. diacalcith. ℥j. d. melil. ℥ß. M.

Linteo extend.

OBSERVAT. III.

NObil. Virgo Anaſtaſia Braunfalckin / Styrenſis, dolore brachii dextri diſcruciata, Empl. d. G. Tacam. alutæ ext. apl. Eodem die liberata prout complures alii ex causâ non calidâ.

OBSERVAT. IV.

DN. M. Petrus Huberus, Eccleſ. Ulm. in ſummo templo intenſo dolore lumborum à defluxione moleſtatus.

℞. Medull. panis albi macer. lact. vac. poſt trajici. per cribrum æneum, ad vit. ov. & cum but. rec. cum ſeq. ol.

℞. Ol. chamo. aneth. lil. alb. a. ℥j. lumbric. terr. ʒiß. M. de quibus adde q. ß. pro una vice, cal. linteo ext. apl.

Ilicò levamen ſenſit, & ſæpius celebravit, quoties ejus mentio incidit.

OBSERVAT. V.

VIdua **Cramerin**/ 70. ann. dolore lumborum intenſo.

℞. Ung. dialth. anodyni. an. ℥ij. ping. cunic. ℥iß. ol. Scorp. ℥ij. M.

Ilicò dolor placatus.

OBSERVAT. VI.

IN dolore brachium & pedum placando, ſæpius proficuum deprehendi ſterc. vacc. rec. cum ol. Roſ. compl. f. cat. cal. apl.

OBSERVAT. VII.

UXor Nob. Dn. Marci à **Laupheim**/ Præfecti **in Weiſſenhorn**/ gravida dolore in cruribus quaſi convulſivo agitata.

℞. Ol. Hirund. cum caſt. ℥j. aq. Ther. ceph. ſpir. lil. conval. a. ℥ij. M. cal. inung.

Egregiè contulit.

OBSERVAT. VIII.

FOemina Ulm. Uxor Mercat. *immenſo totius brachii dextri cruciatu* à ſummo uſque ad imum infeſtata cum ejulatione.

℞. Ol. lumbric. terr. ℥iß. ping. canis, hum. taſſi. a. ℥ij. M.

Pro inunct. cal. confeſtim reſtituta.

OBSERVAT. IX.

QUidam Nobil. de **Welden**/ à chronico brachii dextri dolore liberatus Empl. oxycroc. apl. multis aliis fruſtraneis.

OBSERVAT. X.

CUm duo Viri primates haud levi humerorum dolore diu infeſtati, nec ullis cederet remediis, tandem hoc uſurpato, victas dedit manus, facta inunctione, ſmegmate diſſoluto in aq. vitæ.

OBSERVAT. XI.

QUædam fæmina acerbo pedum dolore laborans, hoc mirè profuit.

℞. Ung. alabaſtr. anodyni. a. ℥ß. ol. lumbric. ℥ij. camph. gr. iij. M.

OBSERVAT. XII.

De Balſami Peruviani præſtantia in doloribus à cauſa frigida concitatis, placandis.

IN omnibus doloribus nervoſarum partium mitigandis & propulſandis, à cauſa frigida pronatis & à contuſionibus concitatis, Balſamus Peruvianus palmam habere videtur, ob amicam & peculiarem facultatem nervos corroborandi & materiam inhærentem reſolvendi.

Cum quædam Patricia ex ſiniſtri lateris paralyſi ſat acerbo dolore per totam ſpinam dorſalem, in Genu, & digitis Pedis ſiniſtri, exagitata, iis quaſi motu ſpaſmodico moleſtatis, tribus vel quatuor inunctionibus factis, immunis ab omni moleſtia reddita. Exin cum eſſem vocatus ad quendam mercatorem dolore Iſchiadico ſat gravi decumbentem, aliis unguentis fruſtraneis, memor illius Balſami, locum affectum calidè inungendum præcepi, magno cum ſolamine.

Cum quædam Virgo in manu dextra ex fuſo punctim læſa, à Chirurgo vulnere curato, cum dolor infeſtaret, & oleorum ab illo ordinatorum inunctio in caſſum adhibita, Balſamo illo illita, reſtituta. Cum & ego ex contuſione manus dextræ moleſtiam ſentirem, ultra menſem durantem, vix trina inunctione ceſſit. Experto credas, & pro tam fideli admonitione gratias agas.

De Lue Gallica.

OBSERVAT. I.

De Cutis infectionibus.

QUædam fœmina tractûs Iſnenſis, lue Gallicâ infecta cum cruſtis & excreſcentia in ano, à Chirurgo per ſemeſtre tractata & cura lig. Guajaci in caſſum adhibita, meo tandem conſilio reſtituta.

℞. El. diacath. conf. Ham. an. ʒß. pul. ſen. lax. ℈ij. f. B.

Per intervalla:

℞. M. p. hermod. aur. coch. a. ℈j. cum aq. beton.

℞. M. p. aur. coch. d. fumar. a. ℈j. diagr. præp. gr. 3. cum aq. fumar. 27.

℞. Lig. ſancti. ℥x. cort. ℥j. ſarſ. paril. ℥iij. inf. in aq. ℔. 12. dec. ad med. Reſid. alt. ℔. 12. dec. ad conſumpt. 3. part. ad paſſ. ℥2. liquir. ʒij.

OBSERVAT. II.

FOemina Iſnenſis; lue venerea inquinata, pectore toto exulcerato cum cruſtis fœdis, obſtructis menſtruis per ſeſquiannum, præviis purgationibus.

℞. R. ſars. paril. ℥iiij. lig. ſancti. ℥ij.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134749-p0220-1
DFG